ueniantur in magno numero, nam aliqui inueniuntur qui ad ſe
ptenarias nuptias trāſierunt. Et aliquos ego noui. Et ulterius
in hac ſcientia maritus & amicus pro eodem conſiderantur,
& etiam uxores & amicas.

¶ Cap. ccxcii. de ſignis caſtitatis.

SI ſpacium mōtis auricularis ſit purum & be- 1
ne coloratum, ſtabilitatem animi, atq; caſtita-
tem & cōtinentiam demōſtrat. Alii uero dicunt
ꝙ ſi talis mōticulus fuerit ſine ſignis purus et
nitidus: ſignificat uirginitatem, & ꝙ nunq̄ ta
lis corrumpetur. ¶ Si quedam linea notabilis recta ſubtilis et
decenter colorata oriatur a menſali & uadat ad radicem au- 2
ricularis, ſignificat in muliere uirginitatem, ſeu caſtitatem.
¶ Dicit auctor incognitus, ſi uenerit una linea ſubtilis et equa
a linea capitis & trāſierit lineam menſalem & ueniat ad au 3
ricularem, uirginitatem & caſtitatem ſignificat. Et quanto
magis groſſa & magis equa fuerit talis linea, tāto minus ca
ſta mulier denotatur. ¶ Si uis cognoſcere uirginitatem mulie
ris. Videas manum mulieris ſtomacho eius ieiuno. Et ſi habue 4
rit lineas graciles & pallidas, Tunc illa mulier eſt uirgo, ſed
ſi fuerint lineæ latæ & rubre uel fracte infallibiliter talis eſt
corrupta ut aliqui teſtantur.

¶ Capitulum. ccxciii. De ſignis eorum qui ſunt patricide uel
fratricide.

SEmicircularis figura prope mediam naturalē 1
in aſcenſu manus patricidam dicunt ſignifica-
re. Similiter ſi figura ut ſtella reperiatur in ſu
pradicto loco ſignum eſt incrementi malitiæ et
malignitatis ut dicunt huius artis auctores. ¶ Si in monte 2
manus iuxta lineam uitæ prope raſcettam reperiatur figura

ueluti quadrangulum cum linea aliqua circumflexa, patrici-
3 dam ſiue ſacrilegum dicunt denunciare. ¶ Dicunt quidam re
centiores, ꝙ quãdo a menſali oritur notabilis linea in directo
auricularis ꝓpe percuſſionem, & perpendiculariter tendat ad
montem Lunæ, occiſorem proprii genitoris denunciat. De hoc
uſq; ad hunc diem indicaui neminem.

¶ Cap. ccxciiii. de his qui patiuntur damnum, infamiam, aut
perſecutionem apud Reges.

LInea ſolaris ſi ſit obliqua & male poſitionata ra
1 tione eſſentiæ loci, & ſit cõglomerata, aut obſeſ-
ſa a multis lineis, infortunium præcipuum apud
principes denotat. Et quãdo aliquis talem habet
poſituram fugiat præſentiam & conuerſatio-
nem principum, & Regum, & ſi tales lineæ oriãtur a menſa
li ſeu a menſa manus, tale infortunium euenit ꝓpter inimicos.
qui infamãt ipſum apud Regem. Si linea principum habet ma
iorem uigorem q̃ habeãt lineæ quæ ſecant ipſam, ab infortunio
tali bene euadet. Et quot fuerint lineæ ſupradictæ, tot etiam ini
micos oſtendunt & maiores & minores ſm præſentiam ipſa
rum linearum. ¶ Aliqui autem ſcribunt, ꝙ illud qđ dictum
eſt ſub iſtis uerbis, quãdo honorum linea interciſa fuerit & diſ
cõtinua, & ꝙ nõnullæ rimulæ eam intercidunt, tales habentes
hoc aufugiant dominos, ſubibunt namq; uitæ amittendæ peri-
culum, & eo magis quando dictæ lineæ pallidæ fuerint, quod
etiam Coruus noſter in ſuo picto opere deſcribit. ¶ Scala uel
3 gradus in indicis tuberculo ſi fuerint eius cacumina annexa
& ſciſſa ſupra modum trãſuerſalibus lineis, odia, damna, per
ſecutiones & inſidias magnorum principum arguit, ut dicũt,
& credo; ꝙ ſit Anthiocus inter alios. ¶ Si quatuor uel quinq;
3 lineæ interſecant lineam menſalem in diametro medii digiti,

laborés, anguſtias, & anxietates cum principibus & Regi-
bus ſcribunt ſignificare, adeo ꝙ partem ſubſtantiæ ſit facili-
ter ammiſſurus.

¶Cap.ccxcv.de tyrãnica natura.

GRaciles & longæ manus naturam tyrãnicam 1
demõſtrant. ¶Linea menſalis extenſa uſq; ad 2
tuberculum indicis cum liuore aut rubedine, ty-
rãnicam & crudelem naturam denotat. ¶Li 3
neæ naturales ualde extenſæ, tyrãnicam natu-
ram penitus arguunt. Efficiũtq; corpus cholericum, & pari-
ter complexionem & diam indicant rapacem, atq; etiam tyrã
nicam naturam delucidãt, & eundem effectum facit naſus aq̄
linus & aſſimilatur aquilis. ¶Color rubeus obſcurus, tyrãni 4
cam ac rapaciſſimam naturam deſignat.

¶Cap.ccxcvi.de penitentia largitatis.

LInea trãſuerſalis uel duæ ſi i ſummo angulo ſint
utranq; lineam anguli pertingentes & nõ egre-
dientes, ſed equediſtantes, factarum expẽſarum
& largitionis pœnitentiam dicunt oſtendere.

¶Tricaſſus Mantuanus.

¶Ad ſignificatum huius angulus ſupremus debet eſſe diſtin
ctus, ſicuti pluries dictum eſt. ¶Videatis.1.ſignũ cap.284.

¶Cap.ccxcvii.de loquacitate.

TEnues & curtæ manus, aut ſi digiti manuum 1
immoderato ſpacio inter ſe diſtent, aut manus
intortæ & tenues, loquacitatem uidẽtur oſten 2
dere. ¶Quãdo etiã digiti ſunt diſperſi loqua 3
cẽ oſtẽdũt. ¶Quãdo baſis triãguli finitur in
cauea manus & nõ adhereat cardiacæ, facit hoiem timidum,
incõſtantem, et loquacẽ. ¶Quãdo duæ lineæ initiãt a raſcetta 4
& uadãt ad radicẽ minutuli, loquacitatẽ et ꝓſuptionẽ teſtant̃.

¶Tricaſſus Mantuanus.

Circa illud quod de digitis loquitur in primo ſigno ſciendum q̄ hoc intelligitur in apertione manuum ſicuti figuratum eſt in chyromãtia mea parua.3.parte figura.46.

¶Capitulum.ccxcviii.De cogitationibus uariis & malis.

Quicumq; percutit digitos ac ſi uellet timpanizare quando cogitat ſignum eſt uariarum & malarum cogitationũ ſm aliquos chyromãticos.

¶Capitulum.ccxcix.De his qui perueniunt ad dignitatem regalem ſeu ad coronam.

Stella in loco ſolis uel Iouis coronam uel regiam
1 dignitatem pronunciat. ¶Circulus uel forma
2 ſphærica in loco Iouis ad coronam uel regiam
dignitatem aſcenſum indicat ut autumant an-
3 tiqui partes egyptii atq; aliqui recẽtiores. ¶Si
linea ſaturnina a uitali oriatur, rectaq; ut ſulculus ad tubercu
lum ſolis deueniat Regiam dignitatẽ cum ſummo honore chy-
4 romantici dicunt denunciare. ¶Si una uel binæ lineæ oriantur
cum eorum trinaria proportiõe a linea menſali nec in aliquo lo
co interſecetur. Et etiam deuenerit ad tuberculum ſolis in duas
partes uelut ſulcus, & porrexerit ſe ad radices digiti ad prin
cipatum uel regiam dignitatem talis habens deueniet. Præte-
rea ſcias quod oportet aliarum linearum ac tuberculorum pro
portio talis præſtari. ¶Si autem figura.B.erit ĩ loco ſolis aut.
5 D.in loco Solis oſtẽdit hominem diuitem & fortem, & qui for
taſſe adipiſcetur ab alienis diuitias. Et aliquãdo talis exaltabi
tur ad regias dignitates. Et ſi fuerit ruſticus aut uilioris pro-
genici & habuerit bonam poſituram ſecundum qualitatẽ ſuã

augebitur

augebitur eius ſtatus, & habebit imperium ſuper gentes ſui ge
neris & ſtatus.

¶ Cap.ccc.de his qui patiuntur perſecutiones & fugas pro-
pter prælatos aut ſacerdotes.

QVadrãgulus aut figura quadra ſed oblõga cũ 1
lineis in capitibus extẽſis in loco Iouis, ſacerdo
tũ perſecutiones & detrimenta eorũ cauſa ma
nifeſtant, ut Anthiocus pinxit, atq; alii moder
ni. ¶ Scala uel craticula ualde implicatæ in in 2
dicis tuberculo, perſecutiones & fortaſſe carceres præbent ſa-
cerdotis cauſa, ut aliqui tenent. ¶ Lineæ quæ ſunt in ſpecie acu- 3
ti anguli ſe adinuicem ſecantes inter indicem & policem, iactu
ras & perſecutiones ſacerdotum cauſa demõſtrant, ut antiqui
Aegyptii tenent, & etiam aliqui alii moderni.

¶ Capi.ccci.de his qui ſunt ueridici in ſuis promiſſionibus.

AMpla linea ſola & profunda inter indicem & 1
policem ſi extiterit, ueritatem & promiſſorum
fidem præſtat. ¶ Lineæ procedentes a linea ce- 2
rebri uerſus generationis lineam ſi fuerint be-
ne apparentes & boni coloris, ueritatem ꝓmiſ
ſorum ſignificant. ¶ Binæ lineæ equitantes ſe ut crux quando 3
ſunt bene conditionatæ in quadrangulo. Et quando crux a me-
dia naturali ſit remotior, tanto magis promiſſorum adimplet
complementum. ¶ Dixit Vgo, Si inter principium mediæ na- 4
turalis & indicem plures lineæ tranſuerſales uideantur eque-
diſtantes ſatis apparentes & non ſecentur per lineas aliquas in
longum poſituras, ueritatem promiſſorum ſignificant. ¶ Fi- 5
gura talis. C. in loco Veneris, ueridicam promiſſionem denun-
ciat. Et nota ꝙ ea omnia quæ ſcripſimus in capitulo . 62 . de
equalitate ingenii hic referri poſſunt. Et econtrario de ingenio

nephando atq; prophano.

¶ Capiulum. ccciii. de his qui in pecoribus habent fortunam & lucrum.

1 Recentiores dicunt, ꝙ ſi mons policis plenus rimulis fuerit, in pecoribus fœlicitatem pollicetur. Et hoc intelligitur ſi reſiduum manus fuerit fortunatum. Si per contrarium paucæ fuerint rimulæ, in pecoribus infortunium oſtēdunt.

¶ Si autem uolueris altius conſiderare de fortuna & infortunio in animalibus. Oportet ꝙ tu legas atq; diligenter ſpeculeris omnes libros aſtronomorum & aliorum doctorum, & præcipue picatricem ſummum & ingenioſum uirum in uariis doctrinæ generibus, & conſidera animalia quæ reguntur ſub uariis planetis, ut uerbi gratia Equus regitur a Marte. Aſinus a Saturno. Aues & uolatilia a Venere. Piſces & Ranæ a Luna &c. Et etiam eſt habenda conſideratio. De animalibus quæ habent communionem commixtionemq; cum planetis eis dominantibus, & proportionare animalia ad tuberculos digitorum & ad fortunam indiuidui, & ex figura faciei, & poſtea poteris pronunciare ſermonem tuum, & ſic ſimiliter poterunt cōſiderari magiſteria natorum & merces. Et etiam hæc corroborantur cum aſtronomicis figuris & geomanticis, cum quibus talibus facultatibus uoluerit uti, & ſic ad ultimum finem penetrabis. Poſſumus etiam uidere per anguria & alia uaticinia, ſi tu ſcis pronunciare ſm̄ inclinationem naturalem & nō neceſſitatem, & latrent ignorantes quicquid uelint.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Et ſi aliquando prolixius loquor, hoc tamen accidit præter intentionem, magis autem coactus ab iſtius Coclitis beſtialitate ne ſ. tacendo uidear aſ-

ſentire. Et fortaſſis quidem (ut dubito) cum præſens hoc cap. dictauit nuperrime uenerat e uallibus Ferrarienſibus, et ea que cum Opilionibus ac Paſtoribus loquutus fuerat in hoc uolumine pertractauit. Sciendum autem q̄ illud ſignum eſt falſum quo ad ſignificatum hic expoſitum, & nullo modo poteſt hoc in aliquo uerificari. ¶ Quo autē ad id qđ dicit de libris aſtronomiæ, miror ualde quomodo adeo cæcus extiterit q̄ ſuam cōfuſionem non conſiderarit. Demum quoq; cum loqueretur de animalibus quadrupedibus ſermonem de piſcibus ac Ranis habitus ſit. Nec excuſatione opus eſt, q̄ ſ. ex ioco hoc dixerit, quoniam ipſa ſua uerba hoc negant, immo & ad confirmationem Geomantiam, auguriaq;, ac ſortilegia, ut uel ſic fabulis ſuis fides adhiberetur.

¶ Capi. ccciii. de his qui habent maximam ſitim acquirendi diuitias, & propter hoc ſunt in continuis maximis laboribus, & nunq̃ ad eas poſſint peruenire.

SI in quadrangulo rubea ſtella extiterit, & quadrangulus in medio ſit anguſtus & habeat amplitudinem in extremitatibus iſte homo cōtinue laborauit in exquirēdis diuitiis, & tamen nunq̃ ad eas perueniet.

¶ Cap. ccciiii. de his qui ſunt fugiendi propter exhuberātiam uitiorum.

QVando media naturalis, cum cardiaca eſt nimis diuiſa, inequalis, & obliqua fuerit, in homine calliditatem dicunt uelle oſtendere ac etiam ſignificare, & eum qui ſibimetipſi placuerit. Liuorem quoq; denotare uidemus, crudelitatem, immanitatem, ſermocinatorem, detractorem, & ſtultum. Denotat quoq; luxuriam, prodigalitatem, mendacium, & in

ſtabilitatem.ambitionem,malignitatem,infidelitatem, & hominem ſine religione. ¶ Et in ſeruo qui ſit in captiuitate difficilem recuperationem. ¶ In principe, calamitatem & miſeriam cum miſero & deteſtabili fine, & raro eſt ꝙ a nulla ꝓportione ſubiiciatur talis poſitura . Caueatis uos principes a ſeruis qui habent talia lineamenta. ¶ In milite uero ſupradicta poſitura non eſt mala,tamen non ſunt fortunati, & ſi aliqualem habent fortunam,eam lubricam eſſe teſtor, & raro euenit ꝙ iſti tales habeant bonum exitum.

¶ Cap.cccv.de numero & nobilitate fratrum.

QVando in digito policis reperiuntur quedam lineæ rubeæ notabiles integræ quæ ſcindãt fortiter primam iuncturam policis , & uadant uerſus ipſum digitum denotant ſm numerum nobilitatem fratrum,aut ſororum , & ſi ſunt fractæ,aut deletæ,mortuos fratres uidentur denotare.

¶ Capitulum.cccvi.de his qui ſunt proni ad bellum, ſeu ad artem militarem.

NOtabilis quedam linea ſi ſit ad pedem digiti
1 medii,talis habens hanc poſituram erit ſuffi-
ciens in agibilibus, & maxime ad bella prom
ptus,tamen erit duræ ceruicis. ¶ Lineas mar
2 tiales ſi quis habuerit , ueluti antea decla-
rauimus in capitulo de natura Martis , capitulo .124.pro-
nos facit homines ad militarem diſciplinam, & cum hoc ta-
men ſi angulus ſupremus ſit ualde ſeparatus non euadet infor
tunium aliquod,ſeu carceres, & fortaſſe non poterit effugere
miſerabilem mortem. ¶ Lineæ principales rubeæ craſſæ ma-
3 gis q̃ tenues & continuæ,ad militiam, & ad bellum pronita
tem & inclinationem inducit. Et hoc maxime,ſi linea menſa-

lis cum trinaria ſua proportione ad indicis montem deuenerit.
¶Triangulus non cum tenuibus lineis ſi reperiatur cum ru- 4
bore, animum inclinatum & procliuem facit ad bella, & ad militiam militarem. Si lineæ erunt bonæ & quæ ad augmentum fortunæ pertinent. ad dignitates talis habens deueniet, ut ante notaui in cap. 286. de illis qui ad dignitates deueniunt.

¶Tricaſſus Mantuanus.

¶In primo ſigno huius capituli ſciendum ꝙ talis linea debet eſſe per longum ipſius digiti, & principium ſumit a radice, & continuatur integra & profunda in ſecundam iuncturam uerſus tertiam.

¶Cap. cccyii de his qui ſunt proni ad ſubmerſiones aquarum aut propter res liquidas.

DIebus iſtis quidam famulus euacuabat ſtercoream latrinam, caſu accidit ꝙ famulus una cum domino ceciderũt in ſtercus. Dominus auxilio multorum euaſit incolumis, famulus autem in ſtercoreo liquore ſubmerſus eſt. Alii paſſi ſunt ſubmerſionem in uaſe magno, in quo erat pix naualis liquida in maxima quantitate. Aliqui in amplis agris ob grandinem & uentum ſuffocati ſunt. Alii ex fumo carbonum nõ exhalante in locis clauſis ſunt ſuffocati Alii dum faciebant nouos puteos a uapore putrido & uenenoſo in ipſis ſubmerſi ſunt. Et iſtud accidit Bononiæ in hoſpitali quod nuncupatur Dala uita, Alius ut notaui tempore meo dum eſſet in carcere uoluit comburere paleas ut una cum ipſis combureret pediculos qui in magna multitudine erant in eis, & fumus ſuffocauit ipſum. Refert Plinius, ꝙ quidam acino uuæ paſſæ ſtrangulatus eſt, & alius paruula piſcis ſpina. Alius dum lac ſorberet pilo paruulo in ipſo exiſtẽte ſeipſum ſuffocauit, ut in romana habetur hyſto-

ria. Alius dum biberet uinum quædam uini pars iuit ad pulmo
nem, & ſuffocatus eſt. De hoc chyromanticus non poteſt aliquã
præbere diſtinctionem. Dicas ergo ꝙ utplurimum in aquis ſuf
focabuntur, & aliquotiens ex catarro, aut ſquinantia, aut ſimi
libus morientur. Dicamus igitur de his qui propter aquas ex
1 tremum claudent diem. ¶ Si in monte manus multiplicabun-
tur in aliquo multæ lineæ ut ſtella plena radiis, habens in aquis
peribit, præcipue ſi in ambabus manibus talis poſitura extite-
2 rit. ¶ Si linea interior in ultima iunctura policis ſit arcualis
& coniungatur cum dorſi linea, dicunt ſubmerſionem in aquis
3 minari. ¶ Si reperiatur forma ſphærica ſuper dorſum policis
iuxta ſupremam iuncturam, in aquis talis habens ſubmerge-
4 tur. ¶ Si una linea tranſuerſauerit angulum ſupremum in fi-
ne & ſe extenderit ad aſcenſum, in aquis habens illam morie-
tur. Et hoc maxime intelligitur quando maior pars dictæ li-
5 neæ iuerit ſuper angulum ſupremum. ¶ Vncus ſub Sole uel tor
6 tuoſa linea, hominem in aquis ſubmergi dicunt declarare. ¶ Si
duo anguli acuti extiterint in quadrangulo & tranſuerſaliter
ſecauerint lineam uel directim tetigerint, habentem in aquis
perire exiſtimant ſi ſint in ſuprema parte quadranguli. ¶ Si
7 in indicis tuberculo fuerint lineæ intricatæ, tot pericula in aqs
pro linearum numero indicabunt. Si uero articulum tetigerint,
mortem etiam in aquis minari referunt. ¶ Si in medico mon
8 te fuerit caruncula carnis, multa infortunia in aquis habens
patietur. ¶ Dicunt recentiores & ego cum illis affirmo, ꝙ ſi
9 in ultima poſitura digitorum. ſ. interius in ultimis articulis
fuerint lineæ ualde obliquæ & tortuoſæ per latitudinem digi-
torum, ſubmerſionem in aquis denotare dicuntur ſm diuerſas
ætates ſi erunt in auriculari, in pueritia, ſi uero in medio, in me
dia ætate. Si in indice, in ſenectute, ſi uero in police inueniantur,

in decrepitis annis. Aliqui dicunt quidem importãt ſi bene ſunt inter primam & ſecundam iunĉturam. Gradus autem ætatis eſſe ſex. Infantia, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, ſeneĉtus, & decrepitas. Prima ætas .i. infantia porrigitur uſq; ad ſeptimum annum. Secunda uero ætas quæ eſt pueritia uſq; ad decimum quartum annum. Tertia ætas adoleſcentia, ad gignendum porrigitur uſq; ad uiginti oĉto annos. Quarta iuuentus quæ omnium ætatum eſt firmiſſima clauditur anno quinquageſimo. Quinta ætas quæ eſt ſeneĉtus u[illegible] dicitur grauitas quæ eſt declinatio a iuuentute in ſeneĉtutem, quæ tamen nondum eſt penitus ſeneĉtus, ſed adhuc iuuentus. Et ſenior apud Græcos præſbyter uocatur, hæc ætas a quinquageſimo anno incipiens in ſeptuageſimum terminatur, ſexta ætas eſt ſeneĉtus quæ nullo annorum tempore finitur, ſed poſt illas quinq; ſupradiĉtas ætates quantumcumq; uitæ, eſt: ſeneĉtuti conſtituitur ac etiam deputatur. Senium autem pars eſt ultima ſeneĉtutis diĉta, eo quod ſit perfeĉtus terminus ſextæ ætatis. Hæc uero ſunt quæ clariſſime narrat Iſidorus in ethymologiis ſuis. Tamen in hoc caſu Chyromanticus accipit hac tres ætates, infantiam, pueritiam, & adoleſcentiam pro prima ætate. ¶ Aliqui autem dicunt, quod ſi in pulpa digitorum clare apparuerit una linea obliqua, quod ſubmerſionem dicunt manifeſtare in aqua, ſi uero linea profunda fuerit, in profunda aqua ſubmerſionem ſignificabit. Si autem multum rubea in mari ſubmergere oſtendit. Et ſi fuerit equalis & rubea tranſibit mare ſine ſubmerſione. Si fuerit in articulari, in pueritia. Si uero in medico, in iuuentute. Si autem in medio, in media ætate. Si in indice, in ſeneĉtute. Si in police, tranſibit in decrepita ætate, ueluti antea per me declaratum fuit ampliſſime.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

DIcit hic Cocles ꝙ indicãdum eſt utplurimum ꝙ in aquis ſuffocabuntur. Ego autem dico ꝙ in huiuſmodi iudiciis ſeruãda eſt illa regula quam expoſui in. : .parte paruæ chyromãtiæ cap. 5. de interpretatione ſignificationis linearum. Eſt.n. propria & ueriſſima regula huiuſmodi ſignorum. ¶ In. 1. autem ſigno ſciẽdum ꝙ tale ſignum inuenitur uerſus partem infiriorẽ, & uerſus percuſſionem Manus. ¶ Quo ad. 9. ſignũ. Not. ꝙ ea, quæ dicit de illis Etatibus ſignificatis omnes ſunt fabulæ Similiter, & de aliis particularitatibus quas adduxit. Et multotiẽs illa ſigna quæ Etates illi particulariter indicant reperiuntur in omnibus digitis. ¶ Ad. x. ſimiliter dicendum eſt.

¶ Cap. cccviii. de De nobilitate & ignobilitate affinium.

SI infra primam & ultimam iũcturam policis reperiãtur quædam lineæ parentelam ſeu affinitatem magnam & multam, aut paruam, & paucam ſecũdum multitudinem & magnitudinem ſeu paucitatem aut paruitatem linearum, hoc tamen ego nunq̃ obſeruaui neq; cogitaui uſq; adhunc diem.

¶ Cap. cccix. de his qui recipiunt ingratitudinem pro beneficiis factis. ſeu fiendis.

PLures lineæ incomplete in medici mõte & ſi articulum tetigerint, & ex tranſuerſo linea ſecauerit antedictas nunq̃ pro beneficiis ei reddẽtur grates aut merita, q̃uis obſequentiſſimus fuerit, ut aiunt aliqui.

¶ C. cccx. De magnitudĩe et amplitudĩe uuluæ.

MEnſalis mõtem indicis ſcindens magnã naturæ hoc eſt uuluæ capacitatẽ in muliere dicunt protẽdere. Longa & lata palma manus amplitudi-

uem & longitudinem uulue demonſtrant.

¶ Cap.cccxi.De his qui peregrinantur honoris cauſa, ſeu eſt legatus regis cōſtitutus uel ad aliquod officium ordinatus.

GRux ſi fuerit ſub tuberculo minimi, & prope 1
mēſalē peregrinationes legationes aut officia
honoris cauſa deſignat, ¶ Aliqui dicunt quod 2
ſi ſtella in illo loco fuerit cum bona cōditiōe ad
honorē, aut ad officiū extra patriā habētē itu
rum inſinuat. ¶ Si lineæ incipiūt a raſcetta & obliquantur & 3
uerſus indicis tuberculū radicē porrexerint honorifica ſignifi
cantur itinera, Et peregrinationis amatorem demonſtrant, cui
magiſtratus honorifici & lucroſi dabūtur. ſi huiuſmodi in lo
cis manere uoluerit ut dicunt recētiores quidam, & etiam Co-
cles noſter. Ego autem hoc nunq̄ uidi neq; notaui,

¶ Cap.cccxii.de mendacio uaniloquio & inſipientia.

CIngulum ueneris quicunq; habuerit in manibus 1
ſuis uaniloquus inſipiens inſatiabilis homo erit
ut dicunt chyromantici. ¶ Si quis ut dixi ſupe
rius habuerit digitos cauos in diſpoſitos, & ad 2
inuicē ſe nō bene cōtingentes talis eſt mendoſus
in locutiōe leuis & cū factis minie cōcordans. ut pluries notaui

¶ Tricaſſus Mantuanus.

¶ Quo ad noticiam effectus huius ſigni Cinguli Veneris ſciē
dum ꝙ hoc nō eſt ſuū proprium ſignificatū, ſed tāte maligni-
tatis eſt, ꝙ queq; uitia ſibi atribuere poſſent, et cōiter ſunt ho-
mines rudes & naturaliter beſtiales.

¶ Capitulum.cccxiii.de clericis qui habēt plu
res ordines eccleſiaſticos.

SI linea uitæ habuerit in medio uerſus cauā ma
nus rubedinē cū diuerſis ireſectionibus ēt ordi-

nes in uiro eccleſiaſtico ꝗ oſtendere uidetur, ut ugoni placuit.

¶ Capitum, cccxiiii. De ſignis illorum qui ſunt capiti ab obſeſſoribus uiarum.

Licet ſigna, que denotat carceres abſolute reſoluātur aliquando ab iſtis qui ſunt capti ab obſeſſoribus uiarum. Et aliquando propter alias res. Tamen dicunt aliqui, quod quot lineæ fuerit incidentes ſeu interſecantes lineam menſalem ſub medio digito ſaturni tot uicibus a ſiccariis & obſeſſoribus uiarum talis habens impetum patietur.

¶ Cap. cccxv. De his oībus qui non ſunt grati nec reuerendi.

Quando linea media naturalis habuerit paruullas foſſulas in medio & plures in ambabus manibus & ſint inequales & rubeæ, ita ꝙ una ſit profundior altera. talis non eſt gratus homo nec reuerendus.

¶ Capitulum. cccxvi. De fuga & perſecutione ex quo aliquando exiliū ꝓcedet carceres & accuſationes et cōfiſcatio bonorū.

Linea ſaturnina quando oritur a raſcetta per medium caueæ ad ſaturni tuberculū deuenerit præſertim ad primam iuncturam, & aliquæ lineæ ipſam interſecauerint ſignificat euentum bonū & proſperum deſtruere. & omnium malorum eſt mater anxietates inducit & fugas & perſecutiones carceres accuſationes & deniq; id omne quod miſeram reddit uitam, ut patres priſci caldei atq; græci arabes atq; latini omnes aiunt. Et ego cum illis, quemadmodum immenſam multitudinem uidi et de hoc iudicaui.

¶ Cap. cccxvii. de hominibus proditoribus & malignis qui propter ſuos malos mores patiuntur fugam & carceres.

Linea ſaturnina oriens a raſcetta, & habens in ſui fine crucem uel furculam, ſi fuerit prope radicem ſaturni, carceres. accuſationem perſecutionem, & fugam minatur. Tales.n. ſunt proditores ac maledici & uniuerſaliter malorum morum & referuntur methaphorice ad ſymias & cyrcopithecos quod animal poteſt dici ſimia caudata, & credo eſſe illud quod uulgo dicitur gatto maimon.

¶ Tricaſſius Mantuanus.

QVotienſcunq; reperiũtur aliqua capitula quæ aliquod ſignum habent in alio etiam cap. expoſitũ ſemper reducēda ſunt (ꝓportionaliter) & adinuicē cōparāda, et ſimiliter eorum ſignificata. Et quotiēſcunq; reperitur Saturnina bifurcata in Mōte Medii ſignificat infidelitatem, & maxime in rebus Magnatorum ac Nobiliũ. Et quãdo eſſet oppſſa abliquibus aliis lineis. ſignificat dãnum ꝑpter huiuſmodi ſuam infidelitatem ac iniquitatem.

¶ Cap. cccxviii. De ſegnis illius qui eſt amator uirtutum

SCribit Vgo quod unguis habens albedinem in principio hoc eſt penes carnẽ cũ qui amator eſt uirtutis denotat. 1 ¶ Dicũt nonnulli quod ſi in fine lineæ cerebri paruulus triãgulus extiterit facit ſtudii appetitorem & eum, qui diliget utilitatem laudabilem, & uirtutem, & honorem ſed; tamen pecuniæ deficient. 2 ¶ Quando ſaturnina linea habet initium ſuum a raſcetta & ad mediam deuenerit adeo ꝙ offendere appareat hominem probum arguit & ſuas res in dies fœlicius agentem, & ad mortem uſq; amatorem uirtutis & ingenio magno dummodo ſit recta & continua. 3

¶ Capitulum. cccxix. De ioculatoribus.

NOn prætermittẽdi ſunt in opere noſtro ioculares
qui multũ cõferũt melãcholicis, & illis qui ſũt
letæ naturæ gaudiũ augẽt & letitiã. & ſibi ip
ſius nõ nocẽt cũ aliquid lucrãtur. Manus igitur
curte & gibboſe & tenues ioculares declarãt. ℂ O Cocles fa-
tuus quantas fatuitates dicis.

ℂ Capitulum.cccxx. De temperantia.

DIcũt chyromãtici quod quando lineæ uitæ fuerit
1 diuerſa per unã uel plures lineas ad modũ crucis
in extremitate eius uerſus raſcettã manus tẽpe-
2 rãtiã ſignificat. ℂ Linea generatiõis æqualis cõ
tinua & ꝓfunda ſatis uniformis ſine diuiſione
ſatis lõga bene colorata nec pallida uel ualde rubea, talis ſic exi
ſtens q̃ tẽperatus ſit, ſignificatur. Et ſi cõfirmatur a bona ſi-
gnificatione aliarũ linearũ principaliũ de ſe ſignificat bonã na
turã & naturalẽ ſanitatem totius & uirtutẽ & tẽperãtiã ex
parte illius perſone. Sed cauſa ſocietatis poteſt eſſe incontinens.

ℂ Capitulum.cccxxi. De conſtantia.

1 LInea uitæ bene proportionata & lõga & bene co-
2 lorata conſtantiam dicunt ſignificare. ℂ Linea
mẽſalis trinariã ꝓportionẽ tenẽs & bene colora-
ta & ſatis longa bonã quoq; cõſtãtiã dicũt ſigni
3 ficare. ℂ Triangulus equilaterus bene conditionatus bonam cõ
ſtantiam ſignificat quæ laudabiliter ab omnibus recte indican
tibus laudatur. Quomodo enim uir probus eſſe poteſt qui in ſuis
rebus inconſtans iudicatur.

ℂ Capitulum.cccxxii. De iuſtitia.

1 LInea mẽſalis cũ trina & optima dimenſione be-
ne colorata ac cõditionata iuſtitiam ſignificat.
2 ℂ Linea cordis cũ trina ſui proportiõe & lon-

ga uſq; ad raſcettã & bene colorata ſignificat talem hominẽ eſſe iuſtum ac ueracem. ℂ Si in quadrãgulo reperiatur ſignũ 3
ſimile cuidã ſtelle bene coloratũ hominẽ iuſtũ denotat. ℂ Qua 4
drãgulus eminẽs & clarus equalis nõ interſecatus ac cum de-
bita diſtantia hominem ſignificat iuſtum ac liberalem.

## Capitulum . cccxxiii. De dignitatibus & fortuna extra patriam. 1

Lineæ ut ſtella in quadrangulo in directo minimi monte honores & dignitates extra patriam arguunt magis q̃ in patria. Duo triãguli quã 2
do inueniũtur ita q̃ conus unius ſit ſuper conũ alterius inter primam & ſecũdam iuncturam digiti medii nec alicubi incipiens nec finiens ſignum eſt ſubiti honoris extra patriam ut dicunt.

## Capitulum . cccxxiiii . de infidelitate non ſeruando res promiſſas.

Plures lineæ trãſuerſales non æque diſtantes & non bene apparẽtes in principio mediæ naturalis uerſus indicẽ quaſi ad extra , & ab aliis in longum poſitis interſecte. lubricitatẽ ꝓmiſſorũ in non ſeruando res promiſſas dicitur oſtendere.

## ℂ Capitulum, cccxxxv. Contra Plinium.

Forte Plinius ex fundamentis phyloſophi credit phyloſophos irridere. ac cõturbare ſe ipſum exultãs. Nã cutis ſubtilitas cũ tactus nobilitate, actũ ſciẽdi arguit, arguitq; ſenſus acumẽ cõtra hoc inſurgit Plinius, qui magis plenus eſt alienorum q̃ ſuorũ uerborũ. Phyloſophi auctoritate ex libro nono de natu

ra animalium capite.36.Vbi mētionem facit de ingenio & ſa gacitate elephātis.Hæc.n.ſunt uerba phyloſophi.Elephas omnium ferrarum mitiſſimus, & placidiſſimus eſt quippe qui per multa officia,& erudiatur & intelligat. Quoniam etiam regem adorare condiſcit.ualet ſenſu,& reliqua ingenii ſagaci tate excellit &c.Et tamen elephas habet pellem ſeu cutim craſ ſam ac duram. Et ſic etiam habent ſerpentes, qui ſagaciſſimi ſunt ut crocodillus & huiuſmodi ſpecies animalium.Et ob hoc ꝙ talia animalia,ſunt ſagacitatem habentia,& habent cutim duram aut ſquamoſam uult inferre.Plinius (qui merito cande la male lucens appellandus eſt) in dictis phyloſophi contradictionem eſſe.Verum nequadā inani gloria pliniſtæ ac humani

No. 1. ſtæ depaſcantur, iſtis uerbis ſolutionem dabimus. Diuiſionem talem præmittendo.quod animatium alia habent duram cutim,alia non ex habentibus duram cutim aut tegmenta dura alia ſunt ſquamoſa,alia non.Ex habentibus ſquamoſitatem alia ſunt diſciplinabilia alia non,ex habentibus duram alia ſic alia non ſunt diſciplinabilia id eſt diſciplinam ſuſcipientia.Ad propoſitum igitur ſtante diuiſione dicimus Ariſtotelem intelligere, ꝙ inter animalia habentia duram cutim elephas cætera ingenii ſagacitate excellit.Inter uero animalia ſquamoſa crocodillus,nam huiuſmodi tegmenta dura uel ſquamoſa ipſis data ſunt ut a nocumentis exterioribus defendantur, & magis ipſis quam homini.Nam plurimorum philoſophorum auctoritate.& maxime philemonis,& Vgonis in ſua Chyromantia.Cutis eſt ex neruis multis ac uenis contexta capillaribus, in quibus epar & inteſtina inuoluta ſunt, ut ea a nocumentis exterioribus defendantur,Et propter hoc in brutis ſpiſſa eſt multum & piloſa uel ſquamoſa & aſpera, quia non habent aliud protectura qua defendantur.In omnibus enim eſt ſubtilis & ſenſibi-

lis, & ob hoc ueſtibus indiget, ut a uentis edumatibus, & frigoribus defendantur, & cum ita ſit ſequitur. ꝙ inter omnia animalium genera ſolus homo nobiliſſimus factus eſt. Et cum cutis ex neruis componatur & ſit naturaliter alba & perſpicua extendens ſe per pinguedinem, ſequitur ꝙ ſit ſubtilis & tenuis. Nam phyloſophi ex carnis claritate arguunt neruorum ſubtilitatem, ex ſubtilitate ſpirituum ac humorum penetrationem ac ſubtilitate, quod in brutis non reperitur. Immo ex humorum groſſitie, inſequitur groſſitudo cutis, & per conſequēs ſpiritum, qui ſpiritus ſatis indiſpoſiti ſunt in operibus peragendis cum non habeant cibaria ſpiritibus de ſeruienti. No. 2.

